



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

23. Dies Novemb. Deus est omnia quæ sunt, & nihil eorum quæ sunt. S.
Dionysius de Div. Nom. c. 1.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](#)

ovemb.
vis canis
mumini
om à aqua
uni, tun-
is, ac te-
am mem-
inquietu-
antur, et
eqpe mes-
di mans-
is, que-
ntum re-
do uicio-
usifiqua-
Audib
Hilce alio-
us calori-
nec illa-
am, ian-
sem capre-
non conc-
efferu-
i, sed fin-
& pie mo-
(i) p-
am, & p-
ins unum-
a adfer-
utpus

Tessera. 935

upotè dum oculus non impudicè aspicerit, dum manus non ad rapinam, sed eleemosynam se extenderint; dum ad psalmos, & auditiones spirituales suscipiendas, aures parate fuerint: dum pedes ad Ecclesiam concurrerint: dum cor non dolos struit, sed charitate scatet, fiant psalterium, membra corporis, & canunt canticum novum, non verbis solis, sed rebus ipsis. Ecce quomodo possimus canere non tantum fidibus, sed pedibus; non tantum chordis, sed corde. Sicuti sanguis innocentis, noxiè effusus, habet vocem, quæ ad cœlum clamat; sic & modestia, & pudicitia, & temperantia, habet vocem, quam modulatissimè cantat: sic tota vita Cæciliæ, fuit suavissima harmonia Musicae. Virtus quævis est similis Musicae, in primis justo placet, & deinde etiam virtuosis, qui quod in se non servant, in aliis observant. Musica & musicum delectat, & musicæ ignaros: Cithara & vietus, manu agitur, & delectat animum. Hinc juxta proverbium: *Qui non libenter audit musum, vel est Angelus, vel est asinus.* Angelus, quia cœlesti harmoniâ assuevit, hanc inconditam præ illa despicit? asinus, quia ob bardæ indolis stoliditatem, plus illi placet inconcinnus rugitus, quam artificiosus concentus. Simus potius similes Angelo, quam asinus; tametsi, cum simus in valle lachrymarum, potius oportet plangere, quam plaudere; suspendere organa, quam concinere;

Hic tantum planetus, resonent super aethera cantus.

23. DIES NOVEMB.

Deus est omnia quæ sunt, & nihil eorum quæ sunt.

S. Dionysius de Div. Nom. c. 1.

No
de L
Dea
mb
prot
gub
japo
ror
bili
ls,
ete
rita
Ma
tur
ne i
om
dus
am
tor
ama
imp
&
rat
am
dit
eju
dur
qui
tan
late
que
util

Quis hominis non stupeat cogitatem, vel potius non horret iniquitatem, qui cum in uno-beat omnia, quia Deus est omnia, querat varia, inter quae nihil reperit, quo felicitat, & satiatus acquiescat. Stultum est, ambona, quibus hoc ipso quod amas, dignus es carere, immo cares, & non amare bonum, quo hoc ipso quod amas, frueris. Bona a te amata extra summum numerum, non sunt tua, sed tu illorum; quapropter eas illis; te illa possident, non tu illa. Deus a te, totus de amatus, est totus tuus, & tu vicissim totus illis, unde amando eum non potes illo carere, & feliciter careres, cum non amas: cetera cum non amas, in Deo habes. Cur amas bonum, quod ipsum indigeris, & non quod affluit bonis? Quando amatitur aliquod bonum, quod indiget bono aliquo, augetur miseria, non minuitur inopia, omnia bona mundus sunt: nullum per se sufficit, sed requirit aliud. Amma bonum quod alio bono non indiget. Omnia sunt bonitate bona, quare omnia bonitate indigunt, ut sint bona. Bonitas per se sufficit, & nullius est. Hanc si amnes, bonus, & beatus eris. Solum amamus, qui solus est omnia. Ipse enim est esse omnium, de quo omnia nihil: & tamen nihil est eo praesens, & nihilominus nihil incomprehensibilis. Quidunque cuique rei praesens, quem esse suum? quidunque tamen incomprehensibilis, quem esse omnium? Esse omnium merito dixeris Deum, non quia illa sunt, quod ille est, sed quia ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia.

II. Suaviter, qui omnia suavissime D. Bernardus

&

Novemb.

Tessera.

937

de Deo uno in se, & diverso in creaturis: (a) *Hi qui sibi
Deo vacant, considerantes quid sit Deus in mundo, quid
in hominibus, quid in Angelis, quid in seipso, quia in re-
probis contemplantur, quia Deus est mundus rex, &
governator, hominum liberator, & adjutor. Angelorum
sapor & decor in seipso, iritum, & finis, reproborum ter-
ror, & horror, in creaturis mirabilis, in hominibus ama-
bilis, in Angelis desiderabilis, in seipso in comprehensibili-
bus, in reprobis intolerabilis. Pergit fluere melle & la-
etemeli fluus, & laetus Antistes. Deus amat ut cha-
mas, novit ut veritas, sed & ut equitas, dominatur ut
Majestas, regit ut principium, tuetur ut solus, opera-
tur ut virtus, revelat ut lux, assistit ut pietas. Non
ne in uno hic habes multa, immo plurima, denique
omnia? An non igitur inter omnia ipse jure aman-
dus præ omnibus? Tu amas bona quæ nolunt à te
amari: ama potius quem omnia volunt amare, Crea-
torem tutum, qui & à te vult amari, & te creavit ut
amaret, & te amat & procreavit tibi omnia bona, ut
impensè amares: nonne hæc est execranda malitia,
& detestanda insania, non amare Deum qui deside-
rat à te amari, & amare lutum, quod non vult à te
amari? nonne res esset ab hominum memoria inau-
dita, si quis speneret potentissimum terrarum,
eiusque amantissimum Regem, & illi præferat puti-
dum, olidum, & rancidum canem? hoc agis quoties
quid à Deo creatum, præfers Deo qui creavit. Cur
tam studiosè queris, quod est oculis pulchrius, pa-
lato jucundius, & cuivis sentui delectabilius, & non
quod intellectui est acceptius, voluntati melius, tibi
utilius?*

Nnn 5

III. Vis

(a) L. 8. de confid. c. 5.

III. Vis animam penitus absorptam Dei amore scribit Tanner Carthusianus de B. Catharina Gnuensi, hæc quæ sequuntur. (a) Nonnunquam afferbat se nihil sentire intra se, nisi quod suo amore Deo plenissima esset, nec sciret, nec cognoscere posset aliquid propter Deum absque re ipsa tanquam anima, & corpore contaret. Et alibi: (b) Tam ardenter ignem in me sine igne sustineo, ut quemlibet cupere eum intelligere posse: accusum quod omnia, quæ afflarem igne Divini amorem cenderem, & concremarem. Et alio tempore dicitur:

(c) Cor meum totum ardore consumi sentio. O signum eo versatur, eloqui possem! roganibus ut aliquid respondeat: Desunt mibi verba tam ignito amore continentia: quæcumque proferrem, adeò illi dissimilabam, ut eidem injuriam facerem. Quod vobis narrare possum, hoc est, unica guttula de eo, quo cor meum plenum est in infernum delapsa, mutaret illum planè in vitam eum, tantusque ibi foret amor, atque unio, ut demonii Angelos, & tormenta in oblectamenta verterentur. Cum Dei namque amore non potest consistere crucifixus. His similia sunt quæ afferit Pachomius. Qui perfecte amorem Deum, nihil amplius patitur in hoc mundo: amor, dolor non sunt simul in uno corde. Quid ni omni quod potes conatu, comparas tibi hunc Dei amorem, quoniam non evadis omne malum, acquiris omne bonum?

Sic cupis omne bonum, te fugit omne malum.

24. DIES NOVEMBRIS.

Quid erit hominis optimum, nisi cui inheret beatissimum? id autem est solus Deus. S. Augustinus de morib. Eccl. lib. I. cap. 14.

(a) Cap. 65. (b) Cap. 9. (c) Cap. 35.